

## (IV COLUMNA)

Pelagius Didaz (*Didaci*) conf.  
 Alfonsus Didaz (*Didaci*) subdiaconus conf.  
 Pelagius Muniz (*Nuniz*) conf.  
 Pelagius testis presbyter conf.

(Yepes, tom. IV, Apénd. núm. XIII).

## NÚMERO XXXIV

ERA MCLIII.

Santiago.

Año de C. 1115.

26 de Noviembre.

**La Reina D.<sup>a</sup> Urraca dona á esta Santa Iglesia la mitad  
de la villa de Caneda y la del Monasterio de Ledesma.**

In dei nomine ego urraca dei nutu hispanie regina. nobilissimi regis domni adefonsi constantieque regine filia. una cum filio meo dno. ildefonso in fastigia regni iam benedicto et consecrato. facio pro remedio anime mee et parentum meorum cartulam firmitatis ecclesie sci. iacobi de medietate de uilla que dicitur *caneta* et de medietate de monasterio de *Ledesma* quod situm est in ripa fluminis *ule* et sunt hee uille in dominio sci. iacobi. quas uillas scilicet *canetam* et *letesmam* dono ecclesie sci. iacobi. cum omnibus uillis et ecclesiis et omnibus

bonis et adiunctionibus suis que ad eas pertinent ubicumque bona earum sunt. sicuti iuri meo actenus manseunt. cum tale debito et foro do eas sco. iacobo. ut ipsa ecclesia perpetualiter habeat eas absque mea et mee propaginis inquietudine. ab isto uero die sint de iuri meo ablata et in iure sci. iacobi habite. quam siquidem ecclesiam gubernat et regit dns. didacus eps. michi in omnibus et per omnia fidelissimus. in cuius (*cuius*) manus et per eius iussionem facio scriptum de supradictis hereditatibus. in quo habeo magnam fiduciam ut me defendat et amparet ab omnibus meis inimicis. Si quis tamen aduersus hoc regale donum etc...

Facta scriptura die. VI. kls. decembrium. Era. I.C.L.III. in castro quod dicitur *malgrado*.

Ego urraca gratia dei regina hanc cartam quam fieri iussi tota mentis intentione et uoluntarie signau. Sancia soror eius conf.

Geluira similiter conf.  
 Froila didaz comes conf.  
 Suarius uermudiz comes conf.  
 Gomez nuniz comes conf.  
 Didacus legionensis eps. conf.  
 Fernandus fernandiz conf.  
 Petrus didaz conf.  
 Rudericus didaci conf.  
 Pelagius martinici conf.  
 Lopzan gudesteiz conf.  
 Petrus lopiz conf.  
 Lop lopiz conf.  
 Garcia enequici conf.  
 Guter petriz conf.  
 Iohannes petriz conf.  
 Martinus pelaiz notarius.

(Tumbo A, fol. 31 vuelto).